



Universitätsbibliothek Paderborn

**D]rectoriu[m] co[n]=||cubinarioru[m] saluberrimu[m] quo
|| queda[m] stupe[n]da et quasi i[n]audita || pericula
q[ua...] apertissime resoluu[n]tur nedu[m] clericis aut
etia[m] laicis hoc || crimine ...**

Arnoldus <de Tongern>

Agrippine, 1509

VD16 A 3769

Q[...]. Primo circa hoc. An sufficiat p[er]fecta ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-34663

Quintū

de statu et officio ecclesiasticarum personarum. quod nunquam vere penitentem seruantes
apud se concubinas. etiam si tot funderet lacrymas quod maria Magda
lena eo quod occasiones peccatorum tollere non proponit. hec ille

¶ Primo circa hoc. An sufficiat perfecta voluntas et propositum
abijcendi concubinam in concubinario ut possit absolui. Rñdē
per distinctionem iuxta deliberationem de super habitam. Aut concubinarium
publice apud eos qui sciunt eum concubinarium vult concubare cum tali sola
voluntate. aut non. Si sic. tunc non potest absolui. non enim sufficit volun
tas abijcendi in hoc casu. sed etiam requiritur necessario cum hoc quod de facto con
cubina de domo eius sit abiecta. Luitprandus ratio. quod publice concubando et inge
rendo se diuinis alios scandalizat quantum in eo est. sicut sacerdos concubi
narius. ut patet in. iij. dist. xij. per doctorem subtilē publice celebrando mor
taliter scandalizat. Tunc utrobique tam in concubando quam celebrando. ut infra la
tius dicitur sub periculo peccati et irreuerentie sacramentum diuinissimum
collocat. In signum cuius ut infra sexta questione sequenti ponitur. concubina
rio publico deneganda est communio. Et concubinarium quod ante concubine abiecti
onem volens concubare. quod per propositum solum abijcendi concubinam quod latet sca
dalu hoc quod concubando imminet non sufficiens tollit nec reuocat. sed poti
us hoc ipsum nititur puocare. scilicet quod non debet periri presumi. et per consequens
nec debet absolui. quibus per dolor cum concubinario et eorum concubinis in peri
culum animarum in festo pasche huius peritium videatur in practica. Si autem
secundo. concubinarium habens voluntatem firmam abijcendi concubinam. non in ante
abiectiōem vult concubare. sic dicitur quod tunc potest absolui si perfecta fuerit vo
luntas. ita quod in incōtinēti sine mora dum potest concubinam ipsam firmiter abij
cere velit. Et ita sub hac distinctione ad vitandum periculum. nup̄ min⁹
digeste posita tractatulo de auisamento concubinariorum velis intelligat

¶ Secundo sequenter. penes quod debeat confessor discernere concubi
narios perfectam voluntatem abijcendi concubinam habere. Rñdē
quod perfecta voluntas abijcendi concubinam includit veram contritionem de pec
catis. in qua firmis. Thomam in quarto. peccator totaliter affectum peccati dimittit.
et delectatio peccati. ut ibidem in quarto Bonauentura dicit totaliter remouet. id
tunc perfecta voluntas abijcendi iudicat. quoniam nulli⁹ peccati mortalis periculum
est aut manet in mora. Luitprandus signum extat euidentis quoniam concubinarium non tar
dat nec vult tardare post confessionem. et post susceptam penitentiam concubinam
abijcere. Nescit enim tarda in limina spiritus sancti gratia. ut ait Ambrosius.
Sicut quod veneno intorcatu oīb⁹ postpositis cogitat de cura sic con
cubinarium vere contritum non abhorret. sed sine mora anhelat a concubinis se
parari deum timens et iudicia eius. Timor enim domini expellit peccatum. Ecce
lasticus p. Et contra hoc imperfecta voluntas abijcendi concubinam in con
cubinario pensat. quod attritio potius quam contritio dicitur. quoniam delectatio peccati non